

Secunda pars

Vel si placet: reduc per propositionem. §8. hu-

ius pūcta vmbre y se q̄ sunt, & ad pūcta vmbrae rectæ: & erūt pūcta vmbrae rectæ cor-
respōdentia, 24, p q̄ sūmā resultantē ex ductu, 40, in, 12, scilicet, 480, diuide & in q̄tien-
te exhibūt, 20, passus qui mensurāt altitudinē, f. g. addita statura q̄ fuit, 5, pedū, & sic in
eius idē h̄e duę opatioes tendūt finem. ¶ Animaduertendū tñ q̄ ea q̄ dicta sūt h̄n̄ verita-
tem si spatium inter te & iem mensurādā fuerit planū. Si secus tūc pone alhidadā cū linea
fiducię sup diametrū trāuersalē astrolabij h̄ est sup principiū q̄rte altitudis: & vide p
ambo foramia tabellarę aliqd' pūctū vel signū in re mēsurāda qd' nota, & illd' punctū
aut signū & oculus tu' sūt in vna linea recta horizōtięq̄ distāte. Deinde officio astrola-
bij vide cacumē eiusdē rei: & mēsura spatium inter pedē tuū & rē mēsurādā p linea rectā
puta cum corda: & opare cōseq̄nter, p vt supra docuimus: & habebis altitudinē rei a
puncto notato vsc̄ ad summitatē ipsius: & tunc nō accipias altitudinē que est ab oculo
tuo vsc̄ ad terrā; sed loco ipsius accipe altitudinē rei a puncto signato vsc̄ ad terram:
quam adde ad altitudinem rei ab eodem pūcto notato vsc̄ ad summitatem rei inuen-
tam: & habebis quesitum.

Propositio. LXII. Secūde partis.

Rei inaccessibleis in planicie perpendiculari
riter statis altitudinē artificiose metiri, Q̄ si forte: fluuij; fosse aut vallis alicu-
ius obiectu spatium int̄ mēoris pedē & rei mensurāde radicē interceptū com-
meabile nō sit. Hoc mō poteris, pposite lōgitudis mensurā inuenire. ¶ In loco pla-
no: subleuato astrolabio alhidadā cōtra cacumē rei mēsurāde dispone: donec p vtrū-
q̄ foramē tabellarę sumitatē videoas. Et cōsidera subtili sup qd' latus vmbrae linea fidu-
cię alhidadę cadat. Quę si ceciderit (vt freq̄nter accidit in hmōi mō mensuratiōis) sup
latus vmbrae versæ vide q̄t pūcta linea fiducię abscindat: & per numerum pūctorę diui-
de, 12, & quotientem serua. Vt si linea fiducię ceciderit super tria puncta tunc in quo
tiente erūt quattuor que serua. Postea signato loco in quo stetisti retrocede vel progre-
dere modicum a priori loco & rursus in secunda statione astrolibium subleua & ite-
rum summitatem rei per foramina tabellarum respice & numerum punctorum per
lineam fiducię abscisorum perpende: per quem iterum diuide, 12, & quotientem tūc
prouenientem subtrahe a primo quidente prius seruato si fuerit minor aut contra si
fuerit maior & serua excessum. Verbi gratia vt linea fiducię in secunda statione cadat
super sex puncta: diuide per ea, 12, manebūt in quidente duo: quibus subtractis a pri-
oribus quattuor seruatis excessus est, 2, quem serua. Postea mensura spatium inter pri-
mam & secundam stationes: quacunq̄ mensura volueris: & numerum illius mensu-
re diuide per excessum prius seruatum, scilicet, 2, & numerus qui ex diuīsione exierit
addita longitudine tua ostendit quod queris. Exempli gratia si numerus mensuræ spatij
tui esset, 40, pedum tunc diuidendo, 40, per, 2, quae sunt excessus: exeunt in quidente
20, pedes: qui sunt pars altitudinis rei: quibus adde staturam mensurantis quam pono
esse, 7, pedum & colliges, 27, pedes altitudinem rei eleuatæ,

EXEM-
PLVM.